



Nun M. Gottwald Biesten d. 10 Februar 1806.

41

DE  
**HVMORIBVS**  
**INTESTINORVM TENVIVM**  
PATHOLOGICE AC THERAPEVTICE  
CONSIDERATIS GENERATIM

---

AD DIEM II DECEMBER. CICLOCCCLXVI.

H. L. Q. S.

EX AVCTORITATE

ILLVSTRIS MEDICORVM ORDINIS  
IN REGIA FRIDERICIANA

PRO GRADV DOCTORIS

SOLLEMNITER IMPETRANDO

PVBLINE DISSERET

OTTO FRIDERICVS SPROEGEL  
BEROLINENSIS.

HALAE MAGDEBVRGICAE  
STANNO CVRTIANO.



DB  
HUMORIBAS  
INTESTINORVM TENUIVM  
PIATONOGDICE AC THYRABEVATIE  
CONSIDERATIS DENERATIM  
gatis. Sed quis ad hanc suam insuetationem & corporis proficiens. Non solum illorum virtus sed etiam malorum & foecorum. Sicut etiam in animalibus quodcumque corporis partem. Si tam est exanimis, pro beneficiis in corpore humano ad gradum determinatus ratione. Vnde etiam AVATORIATIS  
EFFUSITRIS MEDICINALIBVS ORTUM OXIDINIS  
JEN. HEGDA KARIBRATIOMAN  
ridet. Namque sanguis afferebunt: sanguis ergo quoque ex aliis corporibus. Et hoc est deinde  
PRO CRYDAL DOCTORIS  
SOLITARIIS INTENSITATIBVS  
AVOCATORIATIS  
OTTO FRIDERICAS STRÖGEL  
MAGISTER MEDICINAE  
HANNOVERIANUS  
CAROLINUS

IATVIRORUM  
NOMINIS. FAMA. AC. MERITORVM. GRAVITATE  
CELEBRATISSIMO  
DOMINO  
D.CHRISTIANO.ANDREAE  
COTHENIO  
AVGVSTISSIMO. BORVSS. REGI. A. CONSILIIS. SANCTIORIBVS  
EIVSDEM. ARCHIATRO. PRIMARIO. ET. EXERCITVVM. PRAETORIIQUE  
MEDICO. SUPREMO. ACAD. REG. BEROL. PHYS. CLASSIS. NEC. NON  
COLLEG. MED. CHIRVRG. PRAESIDI. ATQVE. DIRECTORI. SVMMI  
COLLEG. QVOD. SANITATI. PVBLICAE. INVIGILAT. ET  
MEDICORVM. CONSILII. DECANO

A E V I N O S T R I

NOMINE LAMMUS MERTORVM GRAVITATE  
**MAGNO. HIPPOCRATI**

D O M I N O  
PATRONO. FAUTORI

D C H R I S T I A N O . A N D R E A E  
C O M M E N T A R Y

VACATISSIMO. VOLVIT SECE A CONSILIIS SANCTIORIBUS  
T A E Q V A M V A E S T

ELASDUM ARCHILOG. TRICUSIO ET EUDERIUM SANCTOLOGIE

MDICO. VARIEMO. AGO. REC. SEROT. HES. CEASSIS NEC NON

COTTIC. WH. CHIR. AIA. DIRECTOR. SUMMI

GOTTIC. GAO. SANITATE. PARAGE. INVICERE. IT

S V S P I C I E N D O

V T. T E T

V I R O  
ILLVSTRI EXCELLENTISSIMO  
DOCTISSIMO. EXPERIENTISSIMO  
D O M I N O  
**D. IOANNI. THEODORO  
SPROEGELIO**

PROFESSORI PHYSIOLOGIAE. IN. COLLEG. MED. CHIRVRG  
QVOD. BEROL. CELEBRATVR. POLYATRO. APVD  
BEROLINENSES. FAMIGERATISSIMO

FAVTORI AC. PRAECEPTORI  
VALDOPERE. COLENDO



REVERENTIAE AC GRATI ANIMI

DOCUMENTVM PUBLICVM

EXSTET

HOC SPECIMEN IN AVGVRALE

TANTIS NOMINIBVS

PROFESSORI PHYSIOLOGICE IN COFFEE MED CHIRURG

DAVID BEROL CELERRATAM TOLVATAM ATAV

EROLINENSIS LAMBERTUS

D. D.

OTTO FRIDERICVS SPROEGEL  
FATJORI AC PRAECEPTORI

P.RID. CAL. DECEMBER. CICCIOS. V.  
1761



DISSERTATIO INAVGVRALIS MEDICA

DE

HVMORIBVS  
IN TESTINORVM TENVIVM  
PATHOLOGICE AC THERAPEVTICE  
CONSIDERATIS GENERATIM

§. I.

*Instituti expositio.*

**N**unc iam accedo ad secundam dissertationem, eamque inauguralement, publice defendendam; de cuius argumento tibi iam constitut, L. B. e primo meo specimine academico, quod sub praesidio viri excellentissimi, doctissimi

ac

8 DE HUMORIBVS INTESTINORVM TENVIVM

ac experientissimi D. NIETZKI ventilaui (a). Vtriusque materiem inter se connexam esse vides. Telam in opella mea priori inceptam protraxi, ne increaseret nimis praesens disquisitio. Repetit quidem in eodem plura, quae millesies dicta sunt ab alis, occurrent tamen quaedam notatu satis digna. Quae a me hic afferuntur, ut responderent principiis certis, efficere curau. Magni certe faciam, si haec quoque conamina tibi, L. B. non displiceant!

(a) *Dissert. prima §§. I. XXV.*

§. II.

*Observatio.*

Oeconomiam corporis humani multis subiectam esse continuo mutationibus, neminem certe latere potest. Sic infans paruae ac exiguae magnitudinis est, dum nascitur; in maius volumen, interdum maximum, sensim sensimque post breue temporis spatium, post nonnullos interdum annos, augetur.

§. III.

*Status naturalis et praeternaturalis.*

Hae mutationes, quae superueniunt corpori nostro per totum vitae decursum, ad salutarem artem relatae, a medicis functiones vocantur (a): quae si inter se consentiunt atque conspirant, vitae et sanitatis hominis conseruationem prae

prae se ferunt; sic suae spontis esse, sic in naturali statu versari dicitur corpus humanum (b). Dum vero non rite ac legitime inter se connexae sunt, dum non conspirant functiones ad conservationem vitae sanitatisque hominis, dissentire dicuntur: sic neque suae spontis esse, neque in statu naturali (c) suo hominem versari dicere possumus.

(a) *Diss. prior. §. II.*

(b) *Illustr. GAVE. inst. path. med. num. 2. pag. 1.*

(c) *Id. ibid.*

*Schol.* Superflua traderem certe, si characteres sanitatis haec occasione vltius exponerem; ad Physiologiam enim pertinet huius rei amplior evolutio.

#### §. IV.

*Quid morbus sit.*

Sublata nec non mutata praeter naturam functionum in corpore humano harmonia: dissensus illarum suboritur, respectu corporis conseruandi, consequenter *morbus*.

*Schol.* Continet haecce morbi definitio omnia ea, quae de illo generiter praedicare licet. E scholis celeberrimi, aequa, ac doctissimi viri D. NIETZKI, Praeceptoris ad vrnam summa reverentia colendi, ea prodit, quam mei iuris facere tanquam discipulus conatus sum (a). Praeter rationem prolixus forem, si realitatem atque praestantium huius definitionis in genere nunc comprobare tentarem; cum id iam ab aliis pluries factum sit. Consentit illa non

IO DE HUMORIBVS INTESTINORVM TENVIVM

solum cum vsu loquendi, verum etiam cum obseruationibus accuratis, tandemque cum ratione et sententiis magnorum virorum. Sic summi GAVBII, praeceptoris mei ad cineres usque ea, quae decet, reverentia prosequendi, de morbo definitio in genere apposite congruit (b). Sic aliorum sunt definitiones, quae licet in verbis discrepant, re ipsa tamen inter se consentiant.

(a) Ejus elem. path. vniu. §. II. proleg.

(b) Eius. inst. path. med. n. 34. pag. 12.

§. V.

Morbi fluidorum.

Pro partium, corpus humanum constituentium, differentia, ad Pathologiam adipicata, morbi aut solidorum, aut fluidorum dicuntur. Postremi generis frequentiam in corpore, ob fluidorum ingentem molem, in relatione ad solida, facile tibi concipere poteris. Licet saepe saepius hi morbi talem non accipient magnitudinem, ut effectus sensibiles in corpore humano producant; licet modo ex illorum effectu, quod adsint, ab aegroto et adstantibus cognoscantur: tamen per se semper in abstracto considerati morbi sunt, sed fere semper simplices. Simplicem enim vocamus morbum unius functionis, compositum plurium perturbationem (\*). Unius functionis perturbatio autem non potest in subiecto concreto existere; ergo neque morbi fluidorum simplices, tanquam in concreto considerati, existere possunt soli. Per se spectati fere omnes morbi fluidorum simplices dici possunt.

Eodem

PATHOLOG. AC THERAP. CONSIDER. GENER. II

Eodem iure, quo symptoma, quocunque illud fuerit, morbus dicitur (b): plerique etiam fluidorum morbi sub nomine simplicium, per se considerati venire possunt.

(a) D. NIETZKI elem. path. vniu. cap. II. §. XXX, proleg.

(b) Id. ibid. §. XXXIII. proleg.

Schol. Conueniunt haec omnia iterum non solum cum sana ratione, verum etiam cum Pathologorum assertis, eorumque observationibus. Metam haud attingerem propositam, si amplius, quae doctissimi in arte sua medici recensuerunt, iam nunc exponere vellem (a).

(a) Illustr. GAVB. inst. path. med. n. 267. pag. 126. 127.

§. VI.

Morborum existentia indubia.

Quod morbi tam in solidis, quam in fluidis oriri possint, quod actuales sint, nemo certe dubitabit. Et essentia, et natura rei ea, quae proposui, euidentissime demonstrat; per ratiocinium qui haec cognoscit: ad illorum possibilitatem, nec non realitatem concludere valebit. Accedunt insuper observationes innumerae, quarum fidem nequaquam in dubium vocare possumus. Valet de particulari, quod de vniuersali pro vero habemus. Corporum naturalium in genere partes mutari immo depravari posse, per principia physica constat. Quidni idem quoque in corpore humano fiat, tanquam specie corporis naturalis?

B 2

§. VII.

*...om̄. j̄t̄m̄. bulli sup̄p̄. §. VII. om̄. oup̄. qui meb̄d̄  
sūlūm̄. d̄l̄. id̄. m̄. m̄.*

*Genera morborum ratione fluidorum.*

Pro humorum qualitate et quantitate distinguntur il-  
lorum morbi a Pathologis. En originem diuisionis tam fre-  
quenter in medicorum scriptis propositae. Ad haec duo  
capita ea omnia referri poterunt, quae circa deprauationes  
partium fluidarum in homine occurruunt et notari merentur.  
Non licet, me iudice, utriusque motus generis vitia fluido-  
rum ab ipsis nunc denum propositis classibus separare. Omni  
enim iure et motus depravatus, siue ad quantitatis, siue ad  
qualitatis vitia referri potest. Consideremus paucis ul-  
tiorem diuisionem.

*Schol. Praesertim hanc in §. nunc indicato propositam thesin humorib-  
us intestinorum tenuium adplicatam esse volo: illius enim veri-  
tas in hocce casu semper demonstrari posse mihi videtur.*

### §. VIII.

*Morbi humorum vterius diuiduntur.*

Humorum quantitas vitiata illorum volumen praeterna-  
turale supponit. Si maior fuerit fluidi quantitas, excedens,  
si minor, deficiens, dicitur. Qualitas fluidorum deprava-  
ta tribus generaliter modis spectari potest. Tenuitas nimia,  
primum complectitur fluidum qualitatis vitium, haec in  
humoribus aquae abundantiam quounque modo determina-  
tam habet. Spissitudo, tanquam secunda qualitatis vitiatae

in

in humoribus species, aquosi laticis in fluidorum mixtione complectitur absentiam. Tertia qualitatis vitiatae pars ab acri et putrido constituitur; his ea omnia continentur, quae ad priora genera referri nequeunt, sub illis id omne contentum haberi poterit, quod in mixtione humorum mutatum deprehenditur; exceptis illorum tenuitate et spissitudine.

*Schol. I.* Dividere potuisse qualitatem vitiatam in humoribus ratione laefae consistentiae et mixtionis, illique tenuitatem et spissitudinem, huic acre et putridum subiungere. Praestantissima certe summa que utilitate conspicua est haec distinctio; dum vero eadem et mea in se continet, ne prolixus sim, illius explicationem omitto.

*Schol. II.* Quanta a combinatione harum classium, tam qualitatibus, quam quantitatibus vitiatae in humoribus oriatur ad corpus humanum redundans malorum series, neminem fugit, qui prima eruditionis medicae salutavit limina; nec non qualis sit vnius in alteram relatione atque effectus eundem latere potest. Morborum ingens numerus ex hac combinatione exoritur, docentibus Pathologia et observationibus.

*Schol. III.* Tertium qualitatis vitiatae genus nonnulli autores acrimoniam dixerunt, eamque in permultas species distribuerunt, ex gr. in acrem, puridam, acerbam, ammoniacalem atque muraticam. An vero eiusmodi divisiones veritati satis respondeant verumque sub applicatione vsum habeant? dubium mihi esse videtur.

## §. IX.

*Scholion generale.*

Atque haec iam erant, quae mihi loco generalium de fluidorum morbis praemittenda esse videbantur; omissis pluribus aliis, quae de eodem arguento insuper adduci potuerint. Nolui enim praeter necessitatem in differendo nimis esse prolixus. Quare nunc potius ad specialiora tractationis meae transibo.

## §. X.

*Transitus ad argumenti strictiorem considerationem.*

Adplicari possunt nunc de morbis fluidorum generaliter proposita ad humores quoque intestinorum tenuium. Sequenti modo absolvitur, idque facilis, haec adplicatio. Quid valet de genere, valet etiam de specie. Humores intestinorum tenuium, tanquam fluidorum corporis species considerandae sunt. Ergo de illis quoque praedicare licebit, quod in genere de fluidis corporis nostri dici potest. Non obstat huius propositionis veritati intestinalium humorum, qualis etiam sit, diuersitas. Haec enim nequaquam illorum essentiam et naturam attingit, et quae superiore loco de iis generatim dicta sunt, ea saltem essentialia, non accidentalia in se comprehendunt.

## §. XI.

## Sebolion generale.

Dum animum induxi meum, nunc differere de morbis fluidorum in intestinis tenuibus: consulto omisi e tractatione argumenti huius ea omnia, quae ad partes respicerent, vnde humores isti ad intestinalium cavitatem afflunt. Nam aliter si agerem, hoc partim cum proposito meo et parum congrueret, et si etiam congruere videretur, ob breuitatem, cuius me studiosum esse conuenit, fieri non liceret. Eadem ex ratione neque cuiuslibet fluidi intestinalium tenuium in specie, eui morbus adhaeret, exponere volui historiam. Satius putau omnium fluidorum ad intestina tenuia affluentum, vnamque massam ibi constituentium, morbos explicare. Quod si tamen quaedam notatu digna de singuli humoris morbosa affectione dici posse mihi videantur: perficere id curabo per modum scholii.

## §. XII.

## De quantitate excedente humorum intestinalium illiusque caussis.

Oritur quantitas excedens in intestinalium tenuium canali variis ex caussis. Praeprimis hic aut debilitas vasorum, per quae adferuntur humores; aut nimia tenuitas fluidi ipsius; aut denique quoconque modo applicatus stimulus continentis locum habent. Observations variae huius asserti veritatem mihi probare videntur. Sic in diarrhoea, et sub fortium purgan-

purgantium vsu, tanta nonnunquam excreta est humorum intestinalium quantitas, vt omnium captum superauerit (a). Quanta vis aquae interdum sub hydrope eiusque solutione euacuetur per ani orificium animaduersiorum praticarum gnaro fatis patet (b).

(a) POTER *Observ.* L. II.

(b) *Eph. Nat. Cur. Dec. III. ann. 9. 10.*

### §. XIII.

*De eiusdem effectu.*

Hocce vitium quantitatis in corpore humano varios effectus noxios producere potest. Originem praebet nimiae intestinalis distensioni, iusto citiori propulsioni massae alimentaris per intestina, tandemque accelerationi per aluum defectioni; dum illam et magis et citius, quam in statu sanitatis par est, soluit, diluit. Sic inde variae diarrhoeae species oriuntur (a), pro varia succi intestinalis individuali abundantia, determinatae.

(a) NIETZKI *clem. path. uniu.* §. CCCXII.

Schol. An a bile ad hoc vitium concurrente iherus evenire possit, aut febris cholERICA, vel inflammatoria intestinalis produci nequaquam dubito. Omnesque diuerse modo ab aliis diversum locum pereat. Sic in grippe, et in variola, et in tertio.

§. XIV.

§. XIV.

*De quantitatis defectu eiusdem effectu.*

Quantitatibus vero humorum in intestinis tenuibus defec-  
tus ingentem malorum seriem corpori humano inducere pot-  
est. Siccas inde fit et ariditas tam massae cibariae, quam  
etiam superficie internae canalis intestinorum; vnde alii ob-  
structiones saepe pertinacissimae, passiones iliaceae, intestino-  
rum inflammations, hinc tandem febres diuersae speciei.

*Schol.* Quod diarrhoea ictérica quoque saepe saepius ex hocce vitio origi-  
nes suas ducere possit, extra dubitationem erit.

§. XV.

*De eiusdem caussis.*

Quodeunque impediens, quo minus adfluant ad intestina  
humores, quounque id etiam modo fiat, loco caussae erit,  
vnde hoc qualitatis vitium suboritur. Sic calculi in ductibus,  
sic concretiones vasculorum, sic imminutiones illorum lumi-  
nis hic multum valebunt. Sed etiam vitiata fabrica organo-  
rum, aut impedita secretio, vbi fieri debuisset, ad eiusdem  
vitii caussas referri poterunt. Sic morbosum hepar, bilis;  
sic pancreas depravatum, succi pancreatici; sic obstructiones  
glandularum muci intestinalis interdum impediunt affluxum  
ad cauum intestini.

C

§. XVI.

purgantium vili, tanta nor excreta est humorum  
testimoniis qu De tenuitate et eiusdem caussis.

Auctus fluiditatis gradus in succis intestinorum tenuium  
primum mihi est vitium. Tenuitatis huius caussae redibunt,  
vel ad humorum in genere, a quibus secedunt, nimiam reso-  
lutionem; vel ad vasorum aut ductuum, vnde proueniunt,  
lumen, ex parte abolitum, vel ad terrae in fluidis contentae  
praecipitationem, vel denique ad fluidorum per esculenta ac  
potulenta auetas delationes ad tubum cibarium. Quibus et-  
iam experientiam consentire, permulta obseruationes accu-  
ratae probant.

Hoce vitium quam §. XVII.

De eiusdem effectu.

Quo minus rite praepareatur et concoquatur massa ali-  
mentaris per intestina tenuia progrediens, haecce deprauatio  
impedit. Sic inde nonnullarum in chymo facile solubilium  
partium nimia sit et velocior, quam requiritur, solutio, alia-  
rum praecipitatio. Resolutae aut admodum dilutae partes  
relinquent crassiores, interdum putridae flunt, interdum sub  
hac indole, interdum sub alia, diarrhoea suborta, euacuan-  
tur. Crassior materies orbata suo fluido necessario magis sit  
compacta, etiam acris aut putrida. Ex stimulo inde applicato  
intestinis vari oriuntur morbi. Sic diarrhoeae nascuntur,  
si a motu intestinali peristaltico aucto propelluntur solu-  
tae

tae cibariae massae partes sub hac conditione. Sic inflammations, arrosiones, laesiones variae indolis ex hoc vitio intestinis tenuibus accedunt. Hydropem inde quoque nasci posse non negamus: retenta facilis negotio frequens aquosa materies a crassioribus non solutis chymi partibus resorberi potest a bibulis vasis, toti internae intestinorum superficie supernatantibus, nec non ad cellulosas partes sic transferri, illasque sua copia postea extendere, tandemque, si nimis increscit, sic plenarie hydropem producere.

## §. XVIII.

*De spissitudine et illius causis.*

Spissitudo humorum aquosarum partium defectum sibi vindicat generaliter, hinc etiam eundem succis intestinorum tenuium inspissatis inesse oportebit. Vario modo nascitur iterum haec prava qualitas. Si spissum est illud fluidum, quod alterius secretioni inferuit, inde plerumque etiam secretum, suppositis supponendis, spissum esse debet. Sic nascitur ex fluido fecernente spissitudo in humoribus intestinalibus. Sed aliae caussae accedunt: ad eas referri potest quocunque corporis, consumptionem aquosi laticis in fluidorum intestinalium consistentia efficiens; inde nimia vasorum resorbentium cupiditas, aut a debilitate, aut alia ex caussa orta, caussarum spissitudinis cum multis reliquis in humoribus intestinalibus numerum auget.

C 2

§. XIX.

## §. XIX.

*De eiusdem effectibus.*

Maximas creat hoc vitium noxas, sub diuersis nominibus morborum a Pathologis propositas. Defectus in massa alimentari aquae et illius nimiam siccitatem, et intestinalum producit. Sic inde variae oriuntur laesiones (a). Multum est in hac re notatu dignum, sed ne nimis protraham dicenda, consultum habeo. Laeditur intestinalum fabrica a contentis nimis siccis, producta arrofione, excoriatione, tandemque illius inflammatione. Mutatur inde massa cibaria adeo, ut ea vix ac ne vix quidem vterius progredi possit. Si non promouetur, variii morbi superueniunt, ex quibus alii obstrunctiones, variii generis acritates, aut putrefactiones, passiones iliace atque aliae colicae species palmam praeripiunt.

(a) *Illastr. EHRHARDI dissert. inaugur. de sanguifcat.* §. XXXVI. p. 54.

## §. XX.

*De acri et putrido illorumque caussis.*

Accedunt ultima qualitatis vitiatae fluidorum momenta, quae complectuntur acre et putridum. Pateret mihi huius rei caussa excurrendi campus amplissimus: magis tamen mihi conuenire videtur, si breuitatis studio ductus, vtrumque malii genus uno loco a me consideretur. Pro varia acriis et putredinis indole, variae oriuntur in corpore nostro morbosae afflictiones. Allata cum massa alimentari salinarum,

acida-

acidarum, ac valde putrefactum materiarum nimia quantitas, caeteris paribus, acrimoniam et putredinem in humoribus intestinalibus producere potest. Motus intestinus mixtionem mutans etiam varias horum vitiorum differentias, pro varietate gradus, quem assequitur, efficit. Sed aliae adhuc superfunt huius virtusque vitii, praeter iam memoratas, causae. Quantitatis et qualitatis fere omnia reliqua vitia istas generare posse, iam longe confitit. Sic ut exemplo unico, inter plura alia, quae in medicina prostant, utrū; facili certe negotio, dum stagnant humores, unius aut alterius huius vitii species oriri potest.

## §. XXI.

*De illorum effectu.*

Ad effectus, quibus fauent acres aut putridi humores, universaliter pertinet totius massae humorum reliqui corporis nostri depravatio: dum resorbetur sic noxie mutatus succus intestinalis per venas, dum progreditur, tandemque toti massae humorum admiscetur, eandem quoque similiter inquinabit. In cuitate ipsa intestinalium arrosiones, obstrunctiones, inflammations, pro varia conditione et inde varios morbos producere potest. Massam alimentarem aut nimis tarda, aut nimis cito, aut si utrumque hoc non valet, inaequaliter et depravate soluunt atque mutant. Sic inde oriuntur diarrhoeae, dysenteriae, alii obstrunctiones, febres

C 3

variae,

variae, praesertim biliosae et inflammatoriae intestinales, aliique tandem leuiori ratiocinio facto explicandi morbi.

§. XXII.

*Scholion generale.*

Consideratis hucusque iis morbis, qui sui originem debent illis humorum intestinalium depravationibus, quas supra iam indicaui (§§. XII - XXI.): necessum fore videretur, ut nunc etiam de eo a me agatur, quid tunc corpori accidat, quando duae aut plures iam expositorum morborum species simul adfuerint. Sed hoc partim spatii angustiae nunc prohibent; partim ea iam, quae de morbis intestinalorum tenuium supra disputauit, ita comparata sunt, ut iisdem recte intellectis, perquam facili negotio perspicere licebit, quae morbi conditio proditura sit ex eiusmodi coniunctionibus. Exempli loco: constat ex superioribus, a spissitudine humorum produci posse inflammationem, sed eam ab acri quoque oriri. Pone iam vtrumque vitii genus simul adesse in intestinis, tunc etiam inflammatio citius ibidem accendetur, accensaque maioris erit gradus; siquidem cauulis compositis vis maior inest, consequenter et maior inde effectus proficiisci debebit. Simili ratione se etiam cum aliis complicationibus res se hic habebit, quas autem ex instituto proponere nolo.

§. XXIII.

## §. XXIII.

*Scholion generale.*

Satis iam et scopo meo praesenti conuenienter me de  
iis differuisse arbitror, quae ad theoriam eorum morborum  
pertinent, quos ad fluida intestinorum tenuium referre licet:  
sequitur nunc therapeutica eiusdem argumenti tractatio.  
Multoties fieri experientia docuit, ut morbi sponte saluta-  
riter soluantur; ac naturae medicatricis vires hoc in nego-  
tio saepius esse deprehendantur mirificae. Cuius rei prae-  
clara cum iam in scriptis medicorum copiose inueniantur do-  
cumenta: superfluum foret, de eodem argumento longe late-  
que disputare. Videtur tamen cum instituto meo nunc  
consentire, si eum exposuerim modum, quo eiusdem natu-  
rae medicatricis vires fieri soleantur conspicuae circa humorum in  
intestinis tenuibus morbos. Peragere id solet natura duplii po-  
tissimum modo: correctione nimirum materiae, aut eiusdem eu-  
cuatione. Sic exempli loco nonnunquam spissum et acre corrigit-  
tur per humorum maiorem e vasis effluxum in cauum intestina-  
le; sic alii excretione aucta interdum efficitur, ut id ex inte-  
stinis evacuetur, quod illis erat noxium. Quando vero  
ad hoc negotium perficiendum natura sibi non sufficere, aut  
in

in eo delinquere, morbusque tandem vrgere videtur: opus tunc erit Therapiae subsidiis. Atque hoc quoque tractationis momentum nunc explicandum restabit. Quod iam eodem modo, quo in proponenda theoria morborum usus sum, praestare conabor.

*Quantitatis vitiatae ab excessu curatio.*

Pro differentibus auctae quantitatis vitiatae in humoribus intestinalium tenuium, diuersa hic etiam erit curatio. Sic tonica interdum sola propinata mutant, quod alia vice incrassentia aut resoluentia cum tonicis iuncta modo leuare possunt. Stimulus quoquaque modo efficiens, ut maior quantitas fluidorum inde nascatur, aut plenarie remouendus erit, aut mitigandus saltem. Obtinere hoc licebit usu aut resoluentium, aut euacuantium remediorum. Sic obuoluentia acre in intestinalibus haerens, tanquam causam morbi in casu, saepius ita mutant, ut vix ac ne vix quidem sensibiles inde prodeant effectus. Patet hoc ex observationibus, quas enarrare argumenti limites propositi nunc impediunt.

§. XXV.

of algoris auctib⁹ id⁹. ch. §. XXV.  
 nallent id⁹ Quantitatis vitiatae in defectu curatio.  
 Quantitatis defectus in humoribus intestinalibus, pro  
 caussarum varietate pari modo postulat diuersam sanandi ra-  
 tionem. Impedimentum quocunque, quo minus affluant  
 ad intestinorum cavitatem humores, remoueri debet. Ex  
 hoc fundamento resoluentia, abstergentia, denique pro re-  
 rum conditione euacuantia locum habebunt. Si vascula  
 aut ductuum lumina vel concreta, vel a materie dura ita  
 obstructa sunt, vt haec vix ac ne vix quidem denuo mo-  
 bilis reddi possit, sive propelli: difficillima tunc erit  
 curatio. Interdum natura aliam sibi viam parat, per quam  
 fluidi transitus fit: et tunc modo extraordinario resolui-  
 poterit obstructio. Ex obseruationibus veri nominis de-  
 promptum esse hoc assertum contendō.

## §. XXVI.

Tenuitatis curatio.

Consultur qualitatis vitio a nimia humorum tenui-  
 tate, sequentem in modum. Vbi nimirum vim causae ha-  
 te, D buerit

buerit massa alimentaris magis fluida, ibi victus magis siccus; vbi nimia fluidorum in genere tenuitas, ibi incrassantia; vbi vasorum lumen abolitum, ibi resoluentia, antispastica, euacuantia; vbi particularum terrearum praecipitatio, ibi incidentia proficient.

## §. XXVII.

*Spissitudinis curatio.*

Praesente vero spissitudine humorum sequens instituatur sanatio. Praeter usum resoluentium, quae in omni casu spissitudinis obtinent, roborantia adhibere conueniet, maxime in casu debilitatis nimiae, qua afficiuntur vasorum in intestinis tenuibus orificio.

## §. XXVIII.

*Acris et putridi curatio.*

Acrimoniae et putridi casu suborto sanationis rationes ad momentum sequens redibunt. Remedii in genere corridentibus subiungere ea quoque conueniet, quae aliis hic saepe concurrentibus humorum intestinalium vitiis, tanquam caussis, siue eorum quantitatem, siue qualitatem respiciant, apprime respondebunt.

## §. XXIX.

## §. XXIX.

## Conclusio.

Quod tandem ad complicationum casus attinet, qui circa humorum morbos in intestinis tenuibus, vt ex superioribus satis constat, oboriri possunt: considerandum erit, vtrumne illi coincidentia aut contraindicantia numerum subeant. Si prius, non secus procedatur, ac si vna tantum species morbi adesset; sin autem posterius, exceptio fiat per morbum maiorem. Hoc igitur modo perquam facile constabit, quid in huius indolis casibus agendum sit, quid omittendum, vt aegrotanti sanitas restituatur. Clarius iam patebit res per exempla. Si spissitudinis ac nimis austae quantitatis vitia, humoribus, qui ad intestina tenuia confluere solent, simul adhaereant: vtrumque hoc mali genus ad sui remotionem plenaria-  
m postulabit ea remedia, quae vi resoluendi, alium mouen-  
di pollut. Nihil obstabit, quo minus haec bina remediorum genera in casu proposito adhibeantur. Hinc iam morbi isti inter se consentient ratione simultaneae sublatinis sua, conser-  
quenter coincidentia numerum subibunt, ideoque etiam coinciden-  
tiae et coincidata sibi vindicabunt. E contraria parte  
vero se res aliter habebit. In casu tenuitatis a nimia resolutio-

ne humorum in genere ortae et deficientis quantitatis humorum in intestinis tenuibus, productae a vasorum obstructione. Incrastantia quidem proficua forent humoribus attenuatis; nociva vero humoribus in defectu peccantibus. Quare hic collisiones in medendo suboriuntur, quarum exceptiones necessario facienda erunt per morbum maiorem, qui in casu defectus erit fluidorum intestinalium. Ergo potius resoluentibus, quam incrastantibus opus hic erit. En exemplum contraindicantium. Sic iam iis quoque expeditis, quae ad morborum, fluidis intestinorum canalis inherentium therapeuticam considerationem respiciebant, huic dissertationi impono.



PRAE-

\* \* \*

PRAESTANTISSIMO

# OTTONI FRIDERICO SPROEGELIO

S. D.

D. ADAMVS NIETZKI.

**S**i quis alius est, qui dignus mihi videatur, ut quam amplissime nunc a me laudetur: hoc profecto nomine TV iam compellandus eris, CANDIDATE DOCTISSIME! Siue enim diligentiam TVAM in perdiscenda Medicina, aut ordinem, quo id a TE factum est, considerem; siue utraque eruditio eius TVAE specimina, quae nunc publice edis, intuear; siue tandem virtutis in TE studium morumque elegantiam contempler:

D 3

tantam

tantam vbiique argumentorum vberatatem inuenio ad TE laudandum,  
 vt ea omnia vix capiant huius loci angustiae. Quoniam vero per  
 officii mei in TE rationes necesse videtur, ne publica, eaque  
 vera animi mei erga TE nunc deficiat testificatio: succisam hanc es-  
 se iam oportebit epistolam, quam meritis TVIS inscri-  
 bo. Diligentiae TVAE singularis in percipiendis litteris atque in-  
 genii TVI dotum singuli praeceptores TVI, quot quor co-  
 rum hic atque alibi habuisti, TIBI eo facilius praebebunt testimoni-  
 um laudabile, quo frequentius illis oborta erat occasio TE paulo  
 penitus noscendi. Rationi etiam satis respondebat ille ordo, quem  
 in hoc studiorum TVORVM cursu seruasti. Redditis enim fibi  
 familiariter litteris humanioribus, ad ea prius studia, quae vti dici solet,  
 fornam dare valent in artis salutaris cognitione accessisti; iisdemque  
 perceptis, illa tandem tractasti, quae eidem materiam principiorum  
 suppeditant. Singula haec a TE recte peracta esse, duobus inter  
 alia speciminibus eruditionis medicac, non alieno, sed proprio studio  
 elaboratis, probas; utraque e cathedra academica publice defensurus:  
 alterum scilicet, me praeside cras; alterum vero perendie solus ac  
 sine ullo praesidio. Quo rariora igitur nostris temporibus eorum ex-  
 empla sunt, qui Medicinae addiscendae caussa in Academiis commo-  
 rari solent, idemque efficere valent, quod TV iam praestas: eo etiam  
 maio-

\* \* \*

maiora laudis augmenta ad TE inde redibunt. Sicuti hominem ingenium oportet conari, ut meritis emineat prae aliis, sibique de eo prospiciat, ne seculi nostri prauitate corruptatur: ita hoc TE multo magis attingere debebat; sibi ob oculos positis praeclaris doctrinae meritorumque exemplis, pertinentibus ad familiam TVVM ornatissimam. Habuisti enim PARENTEM, medicum doctrina meritisque praestantissimum. Cui ignotus esse potest summus MECKE-LIVS, cui incomparabilis SPROEGELIVS? alter affinis TVVS, alter frater germanus; ambo medici doctrina atque exercitio artis sanitatis celebratissimi. Quotiscumque mihi etiam TE cum versanti ante strata aegrotantium innotuit acumen TVVM in obseruando (innotuit vero saepissime)? Quam bene limatum TIBI inesse iudicium, quam promptum TE esse ad inserviendum miseris, quam facilem, quamque humanum, occasione ista frequenti mihi commonstrasti? De quo argumento plura insuper dici a me possent ad TE ornandum; nisi id prohibere viderentur litteres epistolae nimis angusti. Nam quod restat spatium, illud iam repleendum erit gratiarum actione et votis. Ita nunc dispositi res TVAS, PRAESTANTISSIME SPROEGELI, ut me primi speciminis TVI dedicatione dignum iudicares. Pro quo dono TIBI etiam atque etiam ago gratias, illud tamque documentum publicum amoris TVI ac benevolentiae erga me numquam non aestimaturus! Alia insuper est gratiarum



tiarum actionis ratio. Nam vii me ad defendendam dissertationem TVAM primam loco praefidis selegisti: ita solus defensurus secundam me inuitasti ad impugnantis vices obeundas. Vtrumque hoc munus eo lubentius in me suscepi, quo magis certum habeo, TE id vero mei amore ductum fecisse. Agedum, DOCTISSIME CANDIDATE, concende iam felici sidere cathedram publicam, quorum TE summa cum ambi mei voluptate comitabor! Age ibidem rem TVAM gloriose, nostramque de TE conceptam opinionem adimple, supera. De vtrisque tam praeclaris eruditionis TVAE speciminiibus publicis ac Doctoris dignitate, promerita, in TE perendie publice conferenda TIBI ex animo gratulor; subiunctis votis, ut inde ad bonum publicum et TE ipsum maxima redeant commoda ac ornamenta! Quod reliquum est, AMICISSIME SPROEGELI, me amicitiae TVAE singulari ut commendatissimum habeas abs TE valdopere peto, persuasumque de me teneas, me numquam esse admissurum, ut in TE amando augendoque me quis alius supereret. Vale resque TVAS age feliciter!

Dab. in Acad. Frider. Prid. Cal. Decembr. ccccxxvi.

Diss. med. Halle,  
Med. Diss.,  
6. 1758-68.



Rheo



DE  
**HVMORIBVS**  
**INTESTINORVM TENVIVM**  
 PATHOLOGICE AC THERAPEVTICE  
 CONSIDERATIS GENERATIM

---

AD DIEM 11 DECEMBER. CICLOCCCLXVI.

H. L. Q. S.

EX AVCTORITATE  
 ILLVSTRIS MEDICORVM ORDINIS  
 IN REGIA FRIDERICIANA.  
**PRO GRADV DOCTORIS**

SOLLEMNITER IMPETRANDO

PVLICE DISSERET

OTTO FRIDERICVS SPROEGEL  
 BEROLINENSIS.

HALAE MAGDEBURGICAE  
 STANNO CVRTIANO.

